



Quæstionum, Et Resolutionvm Legalium Libri Duo

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, 1683

Cap. LVII. De interpretatione ordinationis Regiæ, qua cavetur devolutarios omnes teneri cavere idoneè, antequam in judicio recipiantur. Vtrùm cautio hæc post litem contestatam peti possit. Vtrùm ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98367](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98367)

- & majori, quæ dicitur parochia totius diœcesis. *Glof. in cap. officium 3. in verb. à foris veniunt, de offic. Archipresb. Card. in Clem. dudum, §. verum, de sepulch. Barbol. in dicto cap. officium, num. 4. Unde & quoad administrationem sacramenti matrimonii, Archipresbyter Ecclesiæ cathedralis dicitur ad hunc effectum proprius Parochus: exceptis tamen locis, in quibus de consuetudine talis illi potestas non conceditur, ex notatis per Sanch. de matrim. lib. 3. dist. 28. num. 1. & 2. † Eademque ratione, quamvis omnes utriusque sexus fideles, semel in anno teneantur in propria parochia sanctissimam Eucharistiam sumere, ex cap. omnes utriusque sexus, de penitent. & remission. tamen præcepto satisfaciunt, si sacram synaxim accipiant in Ecclesia cathedrali. Bonacin. de sacram. Eucharist. dist. 4. quest. 7. punct. 2. num. 11. † & ista Ecclesia cathedralis, tanquam matrix, habet intentionem fundatam in decimis, ob jus parochialitatis: cap. cum contingat 29. & ibi *Glof. in verb. de jure communi, de Decim. & ibidem**
- 5 Barbol. num. 7. † Aliæ verò Ecclesiæ intra diœcesim constructæ, nisi habeant suos limites distinctos, cum juribus parochialibus separatis, censentur rectæ & fundatæ ad succursum Ecclesiæ cathedralis; si erectæ ea ratione probentur post fundationem ipsius cathedralis. *Rebuff. de decim. quest. 6. num. 20. Monet. cap. 7. quest. 1. num. 30. † Sed Ecclesiæ in parochiales erectæ, cum suis limitibus distinctis, & separatione, & dismembratione juris parochialis, habent titulum collativum & perpetuum; & suo nomine proprio habent forti penitentialis excipitium; & constituitur in illis verus Ecclesiæ parochialis Rector. Rota decif. 272. num. 2. part. 1. recent.*
- 7 Secundò supponendum est, quod si Ecclesia matrix non consenserit separationi, & distinctioni parochiæ; non potest ad talem separationem procedi, propter magnum præjudicium quod ipsi inferretur. *Rebuff. in praxi, tit. de erectione in curatam, & paroch. n. 4. Costa de subsid. remed. 75. n. 3.*
- 8 Verum quidem est, quod ex Concilii Tridentini dispositione sess. 21. cap. 4. de reformat. quando propter loci distantiam parochiani, sine magno incommodo ad audienda divina officia accedere non possunt, prout in hoc casu, in quo locus erat satis remotus; Episcopi invititis Rectoribus novas parochias erigere possunt: sed hoc intelligendum est ut locum non habeat, quando in loco illo remoto & difficilis accessus, adest Ecclesia seu oratorium cum fonte baptismali, ibique Rector apponeret unum Sacerdotem in sui adiutorium. *Ricc. in praxi rer. for. Ecclesiast. decif. 554. n. 6. Menoch. consil. 477. n. 9. Cost. de subsid. remed. 75. num. 10.*
- 9 Quamobrem Ecclesia ista, quæ in suburbio erecta fuerat in adiutorium tantum Ecclesiæ matri, seu cathedralis, non erat parochia distincta, & independens à matrice; sed erat potius Ecclesia succursualis, seu auxiliatrix addita Ecclesiæ matri. *DD. in d. cap. ad audientiam 3. de Eccles. edificand. Petr. Gregor. de benefic. cap. 10. num. 26. Decius in cap. ex parte 2. num. 1. & 2. de rescript. Non negamus tamen, quin Ecclesia matrix dici possit quæcumque alias habens sub se; licet non sit cathedralis, ut dicit Rot. d. decif. 272. part. 1. recent, sed propriè loquendo, matrix vocatur Cathedralis Ecclesia: ut dicit Dec. in d. cap. ex parte 2. de rescript. num. 2. & est text. in cap. venerabili 22. in fin. de verb. signific. ibi: Nos enim per Matricem Ecclesiam, Cathedrales intelligi volumus.*
- 11 Sacerdos autem, qui in ista Ecclesia auxiliatrice deputatur, non dicitur Rector, sed officiator; &

est capellanus ad nutum amovibilis, ut dicit ibidem Dec. n. 1. Bald. consil. 18. n. 1. volum. 5. titulus enim canonicus Rectoris non potest conferri, nisi à Dicesano: ut dicit Baldus ibidem.

Et talis conductitius non possidet nomine proprio, sed nomine conducentis: *Bellamer. consil. 38. per tot. maxime in versis. nec secundum dici potest.* Ideo dicitur habere simplex salarium, & non titulum: *Garc. de benefic. part. 1. c. 2. num. 93.*

Neque ex deputatione talis curati amovibilis, illiusque nominatione, prætendi potest aliqua possessio manutentibilis: quia possessio ad tempus limitatum concessa, finito tempore expirat. *Garc. d. cap. 2. num. 87. part. 1. Gratian. discip. forens. cap. 167. num. 22.*

Si tamen deputatus iste ad exercenda jura parochialia, quantumvis amovibilis, expelleretur et mera animositate, & in odium accusationis, atque animo vindictæ; tali sic remoto competeret officium iudicis, seu superioris: *Gratian. d. cap. 167. num. 22. Cessante autem malitiâ, potest ad libitum removeri, etiam sine causa: Rot. decif. 778. n. 1. & 2. part. 1. divers. Gratian. ubi sup. n. 27. quia removers utitur jure suo. Cavalier. decif. 72. num. 5. † qui tamen num. 1. dicit, quod si possessio esset longi temporis, daret aliquem statum considerabilem ad effectum manutentionis vel reintegrationis: *capitulum de elect. dummodò prætenderet beneficium esse perpetuum, & de eo sumum daret. Post. de manent. observat. 52. num. 24.**

Possunt tamen ista officia manualia & amovibilia concedi ad vitam deputati, accedente consensu capituli, & autoritate Superiorum: *Rebuff. consil. 110. num. 8. ubi dicit, quod si Vicarius de consensu Episcopi fuerit deputatus ad vitam, † & ista deputatione fuerit autoritate sedis Apostolicæ confirmata, non poterit deinde ab Episcopo revocari. Sicut in simili, valet conductio decimarum facta ad vitam conductoris: ut dicit Monet. de decim. cap. 5. n. 65.*

Sed ex unica concessione non colligitur mutatio status, nec propterea cogendum est capitulum post mortem secundarij, seu adiutoris, aut vicarii illius, alium perpetuum nominare, seu constituere: cum constet de mente concedentium, qui noluerunt sibi in futurum præjudicare. *Nicol. Garc. de benefic. d. part. 1. cap. 2. num. 114. quia ultimus status in beneficalibus attenditur in dubio, secus quando constat clarè de intentione illius, qui noluit sibi in futurum præjudicare. Garc. d. num. 114. † Adco ut nec in petitorio, nec in possessorio jus quæsitum dicatur, ad effectum inducendi perpetuitatem. Rota apud Garc. loc. citat. num. 94. ubi dicitur, hoc multo magis procedere, quando in tali concessione ad vitam facta, fuit expressa protestatio præservatum iurium concedentis. Et part. 1. c. 2. num. 16. ubi dicitur non attendi ultimum statum, si non collatur de erectione vicariæ perpetuæ. Et ex his fuit conclusum, illum qui vicariam istam amovibilem cum beneficio perpetuum impetraverat, non esse in impetratione fundatum, & illa vicaria semper amovibilis remansit.*



CAPUT LVII.

De interpretatione ordinationis Regiæ, quæ cavetur devolutarios omnes tunc recipiant, re idonè, antequam in iudicio recipiantur.

Utrum cautio hæc post litem contestatam peti possit. Utrum parte non petente. Quis sit effectus denegationis audientie. Utrum danda sit cautio, quamvis ante annum possessor impeditus fuerit. Et utrum Graduarii, Nominati, vel Indultarii ad hanc cautionem adstringi possint.

SUMMARIUM.

- 1 Devolutarii omnes in Gallia, antequam in iudicio recipiantur, cavere idoneè tenentur.
- 2 Devolutariis, si non eligant domicilium, & idoneè caveant, denegatur audientia.
- 3 Audientia denegata, si procedatur ad ulteriora, processus erit nullus.
- 4 Cui audientia denegatur, utrum denegetur appellacionis remedium. Remissivè.
- 5 Devolutarius ita demum cavere tenetur, si ab eo cautio petatur.
- 6 Quando quis ex statuto cavere tenetur, intelligitur, dummodo pars id petat.
- 7 Cautio ante litem contestatam à devolutario peti debet, alias remissa censetur.
- 8 Dicitur, Avant que d'estre recu, ordinem substantialem denotat.
- 9 Cautioem etiam post litem contestatam peti posse iudicatum fuit.
- 10 Praxis tamen contrarium observat, ut omnino ante litem contestatam petenda sit.
- 11 Cautio, utrum danda in favorem possessoris non annalis, in Gallia, per devolutarium. Quod sic. n. 12.
- 12 Graduarii, Nominati, & Indultarii vigore sua nominationis, gradus, vel indultui impetrantes, cavere non tenentur.
- 13 Ius conferendi data negligentia collatoris ordinarii, devolvitur ad alios collatores, ut ibi exponitur.
- 14 Si collator ordinarius infra sex menses à die requisitionis non providerit. Graduato, aut Nominato, locus est devolutioni.
- 15 Devolutio non fit omisso medio, excepto Summo Pontifice, vel Legato.
- 16 De collatione iure devoluti facta. Remissivè.
- 17 Graduatus si alio iure impetret quam in vim gradus, tenetur cavere.
- 18 Impetrans Graduatus, debet esse talis tempore impetrationis.
- 19 Tempus possessionis resignantis in anno non computatur.
- 20 Successor quoad tempus possessionis non iuratur possessione auctoris.

Iure Gallico statutum est, beneficia viventium certo modo vacantia impetrantes, quos devolutarios vocant, cuiuscumque qualitatibus & conditionibus existant, & de quibuscumque beneficiis agatur, antequam audiantur, & recipiantur in iudicio, teneri domicilium eligere, & cavere in favorem possidentium beneficia in Gallia sita, datis idoneis fideiussoribus de iudicatum solvendo, secundum formam juris, & alias prout in Regia ordinatione Blesensi, anno 1580. edita, art. 46. continetur: & in aliis insertis in Codic. Henrici IV. & en la Conférence des Ordonnances, lib. 1. tit. 3. art. 45. & alibi passim. Circa cuius ordinationis interpretationem, & praxim, sequentia notanda sunt.

Tom. I. Pars I.

Primo devolutario cautionem idoneam non tantum, audientiam denegari: ut colligitur ex illius verbis Regiæ ordinationis, *avant que d'estre recu aux actions qu'ils voudront poursuivre*: & ita tenet Louet in sua recollect. arrestor. lit. D. n. 18. in principio. Et per consequens si ad ulteriora procederetur in causa, nulla data cautione, processus esset nullus. Peregr. consil. 87. num. 4. volum. 1. & est communis opinio, teste Imola & Alexand. in l. 1. §. sub lata, ff. ad Trebell. Vant. de nullitate ex defectu mandati, num. 52. & 53. ubi dicit processum agitarum cum eo, cui à lege viva, vel mortua denegatur audientia, esse ipso iure nullum. Francisc. Salgad. de Regia protest. part. 2. cap. 8. num. 4. ubi etiam fuse exponit quando denegetur appellatio illi, cui denegatur audientia.

Secundo notandum est, ea quæ mox de devolutario ante datam cautionem non admittendo ad iudicium dicta sunt, intelligenda esse, dummodo reus conventus cautionem sibi præstari postulet; eo enim non opponente, iudicium subsistit: ita DD. omnes Galli ordinationem declarant, & inter ceteros Mornac. ad l. furti 6. ff. de his qui notant. infam. his verbis: *cavere enim datis fideiussoribus tunc tantum necesse est, cum ab adversario petitur*. Theven. ad ordinar. Reg. lib. 1. de l'estat Ecclesiastique, tit. 22. art. 1. in verb. *Avant que d'estre recu*.

Et generale est, ut quando statutum aut constitutio dicit non aliter valere actum, quam si prius cautio vel fideiussio præstetur; non tamen ob defectum cautionis præstandæ is vitietur, aut nullus reddatur, si à parte fideiussio vel cautio petita non fuerit: l. petro 69. §. fratre, & ibi Castren. num. 3. ff. de legat. 2. Minling. centur. 1. observat. 6. Gaill. lib. 1. observ. 124. in fin. Carpan. ad statum. Mediolan. part. 1. cap. 44. num. 12. & 13. & cap. 131. num. 533. & 534. & cap. 64. num. 4.

Tertio, utrum cautio ista præstanda sit ante litem contestatam, uti exceptionis dilatorie vim obtinens; an verò etiam post litem contestatam, & processu ad iudicandum instructo, anceps est quæstio. Nam quod ante litem contestatam sit petenda, & facta contestatione, remissa censetur, videntur ostendere verba ordinationis: *avant*, id est priusquam recipiatur, in iudicio. Quæ verba ordinem inducunt; cuius perversio actum fieri impedit. Abb. in cap. literis, in 5. notab. de rescript. spoliar. Ergo ante litem contestatam petenda est, nec aliter cautionis admittenda petitio, quam servando ad unguem ordinem à Regia constitutione definitum. Atque ita fuit iudicatum apud Louet d. liter. D. n. 8.

Contrarium tamen iudicatum fuit anno 1598. die 23. Aprilis, imò nullum hæcenus iure suo cecidisse, testatur Mornac. ad d. l. furti, ff. de his qui notant. infam.) vel quia non cavisset, vel quia contestatione facta, omnes formulas non implevisset, quæ ad instruendum intra data ab edicto tempora præscriptæ sunt. Sed in praxi prior opinio servatur, ut cautio ante litem contestatam petenda sit, teste Theveneau d. tit. 22. art. 1.

Quarto videtur dicendum, illi non esse imponendum cautionis onus, qui beneficium adversus eum impetraverit, qui nondum per annum & diem possederat: ut colligitur ex verbis ordinationis, *Qui auront obtenu leurs devoluz sur les paisibles possesseurs par an & jour*. Licet verba illa ordinationis post illius editionem à compilatore addita fuisset, & ex regula 35. de ann. poss. desumpta fuisset dicat Theveneau: Et quamvis alius effectus consideretur in regula, alius in constitutione Regiæ, semper tamen idem sit finis: ut scilicet implebitur

lites exquirentium motus; & odiosa, beneficia aliena aucupantium desideria reprimantur.

Verum licet regula de trienniali in suo casu observari debeat, & observetur in Gallia: tamen cautio à devoluntario exigere potest juxta ordinationem, sive impetratio fiat adversus eum qui per annum, sive qui minori tempore beneficium impetratum possidet, prout dicto arresto anni 1616. decilum fuisse testatur Mornac. in d. l. furti, circa finem, sequitur Brodeau ad Louet lettre D. n. 18. Atque ita judicatum ex sententia Theven. loco citato.

Quintò, à cautionis necessitate eximuntur Graduati, Nominati, Indultarii, & alii impetrantes virtute suorum graduum, nominationum, vel indultorum, ob reculationem collatorum ordinariorum, vel propter collationem factam personis non graduatis, nominatis, aut qualificatis: quia tunc jus conferendi devolvitur ad superiorem, juxta ea quae fuse explicat Rebuff. in Concord. tit. de collationib. §. si quis verò, in verb. dispositiones, & in verb. devolvantur, versic. & hoc jus devolvitur, & passim in toto illo §. ¶ Ut in simili, si jus conferendi pertineat ad capitulum, devolvitur ad Episcopum, datà negligentia capituli intra sex menses non conferentis: & si Episcopus habeat jus conferendi, facultas post sex menses devolvitur ad capitulum; si ad Episcopum simul & capitulum, devolvitur ad Metropolitani: ex cap. 2. de concess. prebend. ¶ Et per illum textum dicit Rebuff. consil. 28. num. 9. Quod si post sex menses impetratio fiat coram Episcopo collatore ordinario à die requisitionis computandos, non valebit collatio: quia jus conferendi post sex menses pertinebit ad Archiepiscopum, juxta d. cap. 2. de concess. prebend. ¶ hoc tamen non impedit, quin omisso medio recurri possit ad Papam, vel Legatum, quibus competit jus conventionis. Rebuff. d. consil. 28. n. 1. 2. & 3. in aliis collatoribus gradatim, & cum ordine procedendum est: ut ibidem n. 2.

De eadem collatione jure devoluti facta (quia est extra materiam hujus capituli) multa paucis dicit Anton. Fab. in Cod. tit. de Episcop. & cler. definit. 17.

Redeundo igitur ad materiam, Dico quod si graduatus aut qualificatus impetret in vim gradus & qualitatis jure devoluto, non debet onere cautionis gravari: ¶ si verò alio jure impetret, adstringendus erit ad cautionem, sicut & ceteri: ut colligitur ex verbis modificationis prædictæ ordinationis; quam refert Papon. lib. 3. tit. 7. arrest. 3. & in Codice Henrici IV. lib. 1. tit. 23. art. 4. in illis verbis: *Impetrans des devolus par vertu de leurs degrez, nominations, & indults, au refus des Prelats ou Collateurs ordinaires.* Et colligitur ex iis quae habentur in art. 1. apud Charond. d. tit. 23. circa finem annotationis. Quia (inquit) qui vigore gradus, aut nominationis, vel indulti impetrant, censentur id facere in vim illius juris: ideo si alio jure impetrent, tenentur sine dubio ad cautionem: quia id faciunt tanquam quilibet extantibus.

Et propterea dum casus occurrit, Consului aliàs anno 1614. ut is qui beneficium impetraverat, Doctoratus, seu gradus, inutilem pro illa vice expensam evitaret; duplici quidem ratione motus. Primò, quia impetratio non fuerat facta jure devoluto, juxta formam d. cap. 2. de concess. prebend. sed propter incapacitatem possessoris, & non in vim gradus, vel nominationis, aut indulti: unde non poterat evitari præstatio cautionis. Secundò, quia adeptio gradus, qui subsequeretur impetrationem, nihil juvaret.

¶ Quia qui impetrat beneficium tanquam Graduatus, vel Nominatus, debet esse talis tempore impe-

trationis, nec suffragatur qualitas postea superveniens: Rebuff. in concord. tit. de collat. §. statimur 2. in verb. modo premisso qualificatis, versic. secundo requiritur.

Sextò, si alicui placeret opinio, quod impetrans adversus eum qui minori unius anni tempore possidet, non teneatur ad præstationem cautionis: pro qua (ut dictum est) aliqua suprema Curiam arresta lata fuerunt: notandum erit tempus possessionis resignantis non esse computandum, sed solum tempus quo resignatarius possedit. Unde quando resignans possederit per annum, etiam si adversus resignantem devolutum obtentum fuerit, & devolutarius possessionem acceperit, ante resignatarii audietur impetrans, & dabitur illi recedentia, seu manducatio, factà fide de incapacitate resignantis, etiam nullà datà cautione: prout judicatum fuisse mente Julii anni 1598. testatur Nicol. Freror in la Conférence des Ordonnances, lib. 1. tit. 3. §. 45. num. 33. circa finem. ¶ Cum de jure successor non possit se perire tempore sui prædecessoris, ut dicitur per textum à lege requisitum possedisse. Rebuff. in concord. tit. de mandat. Apostolic. §. declarantes, in verb. successores, versic. & hic annus computandus est. Ludov. Gomel. super regul. de trienniali, quest. 13. quia (ut jam dictum est) modificatio illa Regiæ ordinationis facta fuit ad instar regulæ de annali, quæ est: inter regulas Cancellariæ in favorem possessionis, & odium illius qui intra annum negligens fuit in impetrando beneficium vacans. Unde nulla potest impetranti imputari negligentia, si adversus simoniacum resignantem, qui per triennium, & amplius, beneficium possederat, brevi tempore post commissum simoniam impetravit; cum antea impetrare non posset. Faciunt tradita per Rebuff. ad d. regul. 35. Cancellariæ, in verb. immediate præcedentem, & ita tenet Bouchel in summa benefic. in verb. devolutaires, in 2. versic. Caution doit estre baillée.

Cætera, quæ ad dictæ ordinationis explicationem pertinent, videri poterunt apud DD. superius citatos, & Tournet in arrestis beneficial. lura 2. num. 25. & seq.

Sed hodie devolutarii in Gallia tenentur possessionem capere intra annum, & postea licet instigare infra sex menses, ex declaratione facta anno 1638. art. 15.

CAPUT LVIII.

De congrua portione Vicario assignanda, quæ in ea computentur, & quana esse debeat. Vtrum in illius computatione debeat haberi ratio incertarum obventionum, & utrum acceptans portionem annuam, sibi debeat imputare. Quando, & quomodo quis adversus talem acceptationem in integrum restituendus sit.

SUMMARIUM.

- 1 Curam animarum exercenti congrua portio ecclesiasticis assignanda est, ex qua commodè vivere possit.
- 2 In computatione congruæ portionis, non est habenda ratio emolumentorum quæ extra Ecclesiam percipiuntur.